



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Gvilielmvs Conf. 10. Februarii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

dulos dulces dulciores iudicent fides,  
 ab his animum ANSBERTVS aduer-  
 tisse ad caelestem musicam perhibetur  
 haud paulò meliorem. Itaque aliis levi  
 pede terram obeuntibus, ipse calos  
 rectius obibat. Illud credo dices. ergo  
 pietas etiam aulā habitat? Rectè. quod  
 tamen minùs secura hanc habitat,  
 ANSBERTVS deinceps habitare cœ-  
 nobium instituit, Abbasque, mox Epif-  
 copus Rothomagensis, potius inter  
 mendicabula degere. In eum finem Xe-  
 nodochia complura ædificavit, mensam  
 ipse stravit, convivis suis conviva asse-  
 dit, eodem & disco, & cibo usus. Iam  
 ne dubites virtuti hostem aulam esse,  
 à Pipino in exilium est pulsus, & maluit  
 ille revocatus morte patriam prevenire.  
 In defuncti brachio Crux visa est ru-  
 bere, ipse etiam, cum velum injicere-  
 tur, oculos aperuisse, ut jam orbis vi-  
 vum virtutis exemplar etiam in mor-  
 tuo haberet. *Sur. & Mol.*

## S. GVILIELMVS CONF.

10. Februarii.

INGentia scelera GVILIELMVS pari  
 Ipœnitentiâ plectere instituit. Conju-  
 gio fraternæ conjugis Herodi nō impar  
 cœnabat unus, quod ostionis in cibum  
 sufficiebat. Ad duella nō invitabat sed  
 cogebat obvios, neque jam Ducem se  
 Aquitanie putabat, nisi factionis quoq;  
 que

quæ contra Innocent. Pont. pugnabat, dux esset. Mellea verba Bernardus ingesserat; fel merum retulit. minas addiderat; majores audivit. Ergo secundum divina, Numine manum armatus ad præstolantem pro templi foribus progreditur, & voce plus quam humana, hoc ait, *etiam temnes improbe?* Non erat hoc loqui, sed fulminare. Corruit humi ferox, & qui nulli antehac victas manus dederat, Bernardo dedit, jamq; dum omnis casum populus miratur, unus GVILIELMVS negat se cecidisse, sed stare denique se credit. Mox Anachoretæ consilio nudū corpus & caput loricā & galeā abscondit longè maximum hostem se expugnaturus. Talis ad Innoc. Pont. inde Hierosolymam tendit, ibi antrum lachrimis implet & gemitibus, qui cælo repulsi audirentur. Sub hac patriam reperens, dum ex itinere castro expugnando operam vult locare, à viâ salutis penè exerrat cæcus. Tamē eadem nocte in viam rediit, recipitq; quos iterū lachrimis det oculos. Mox solitudines montesq; mutat, & à caecodamone, qui patrem mentitus frustrâ ad vitam veterē revocabat, verberibus immanibus caditur. Medicinā tamen fecit VIRGO Magna, ut tanti jam vulnera faceret GVILIELMVS. Vltimò in stabulo Rhodis obiit, felicius utiq;, quàm in palatiis vixerat. *Ex Sur.*

S.AV-